

Cumq; Viro, saxum, degat sapienter ut avum, (b)  
 Omne movens, animum recreat sibi funditus, isthac.  
 Charius in terris nibil est uxore pudicâ, (i)  
 Et magno precii, casta uxor, vincit honore  
 Sardonychas gemmas, Adamantes, Jaspidas omnes.  
 Ut decus est ortus Sol alto in Numinis axe, (k)  
 Sic decus in laribus, virtutibus aucta marita.  
 Immotam servans mentem, est velut aurea pila, (l)  
 Quæ stat in argenti puri nitidissima sellâ.  
 Est tacitura sacri donatio Numinis uxor. (m)  
 Scilicet hunc fructum fert fida marita marito.  
 Exbilarat pectus formosa marita mariti, (n)  
 Mitis eamq; perit Vir tanquam oculos animamq;  
 Si comis vultu, simul & juçunda, Jehovah  
 Siq; suum penito semper de corde veretur,  
 Hujus non similis totò reperitur in orbe.  
 Est prudens uxor fulvo pretiosior auro:  
 Blanda uxor, licet haut dives sit, servat honorem:  
 Uxor mente animi totâ regit agmina serva,  
 Et de nocte, suæ domui dat pabula, surgens.  
 Quæ facile ignavi sibi nil indulserit unquam  
 Otij, operisq; manus attritas semper habebit  
 Conjurx, illa Viro est auro mage digna Corona.  
 Nempe Viro sic Nupta opus est, homo si velit esse.

B

Atq;

- (g) Proph. 19. q. 14.
- (h) Syr. 66. q. 16.
- (i) Idem, ibidem q. 19. 20.
- (k) q. 21.
- (l) q. 23.
- (m) q. 17.
- (n) Syr. 57. q. 24.
- Syr. 7. q. 21.
- Proph. XI. q. 16.
- Tob. X. q. 13.
- Salomon Proph. 31. q. 15.
- c. 12. q. 4.